

II i
716

IVDAEORVM RELIQVIIS PER COMPTATIONEM
DIVINAM, AD CONSTITVENDVM CVM RELIQVIS
TERRAE GENTIBVS POPVLVM DEI IN NOVO TE-
STAMENTO, A CETERA GENTE SEPARATIS, AD
ILLVSTRANDVM LOCVM AD Rom. IX, 27. 28.

EXERCITATIO,

QVA AD
ORATIONEM
RICHTERIANAE MEMORIAE
DICATAM
BENEVOLE AVDIENDAM
PER OFFICIOSE INVITAT
M. CHRISTIAN. FRID. IVNGERVS,
RECTOR.

FREYBERGAE,
TYPIS BARTHELIANIS.



12
EXCELSITATUM QVIS EST CVM QVOCATI
GLOSTORIUM QVOCATI CVM QVOCATI
CVM QVOCATI CVM QVOCATI
CVM QVOCATI CVM QVOCATI
CVM QVOCATI CVM QVOCATI

EXCELSITATUM QVOCATI

EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI

EXCELSITATUM QVOCATI
EXCELSITATUM QVOCATI

Laudabilis profecto est illorum industria, qui verum librorum antiquorum sensum multis in locis subobscurum illustrare conantur. Impresmis ea cura debetur libris, quae sanctae nostrae religionis praecepta complectuntur, et doctrinam ad salutem nostram terrestrem pariter et aeternam necessariam nobis exhibent. Quocirca omnem operam adhibere par est, ut in iis omnia plana atque intellectu facilia reddantur. Quomodo enim liber obscurus, et vocibus ambiguis resertus normae nomine dignus haberi potest? Proinde virtu sacrarum litterarum periti recte nihil iustius, nihil antiquius sibi esse putarunt, quam ut locos scriptorum sacerdotum difficiliores explicarent, obscurioribus lucem adsunderent, ambiguis certum indubitatumque sensum conciliarent. Nec irrita huc usque fuit illorum opera, siquidem praesertim, ex quo doctrina religionis christiana in puritatem pristinam restituta est, infinitus locorum difficilium numerus omni ambiguitate ita est liberatus, ut vera illorum sententia nemini amplius dubia sit.

Interim quanquam interpretes certatimi operam dederunt, ut plana omnia atque intellectu facilia essent, supersunt tamen etiam nunc permulta, ubi post vindemiam racemari licet. Praecipue D. Pauli scripta, in quibus secundum D. Petri effatum, quaedam intellectu difficilia sunt, quae indocti et in veritate minus corroborati ad suam ipsorum perniciem male detorquent, varia in se continent, quae diligentius excuti, et plenius explicari merentur. His mea quidem sententia haud inique adnumerantur illa verba, quae ad Rom IX, 27. 28. reperiuntur, et ita flunt; Ἡταῖος δὲ κεράζει ὑπὲρ τῆς Ἰσραὴλ· Ἐὰν οὐδὲ ἀγριός τὸν νιῶν Ἰσραὴλ, οὐδὲ ἄμμος τῆς Θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σῳθήσεται· λόγον γάρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιώσυῃ, ὅτι λόγον συντετμηένος ποίησε κύριος ἐπὶ τῆς γῆς· Verba commatis vigesimi septimi patrum obscuritatis in se habere videntur. Quae vero versu octauo et vigesimo sequuntur, obscura esse nemo temere inficias ibit. Interpretatio autem B. Lutheri est eiusmodi, ut cum verbis, quae praecedunt et sequuntur, plane non cohaeret: *Denn es wird ein Verderben und Steuern geschehen zur Gerechtigkeit, und der Herr wird dasselbige Steuern thun auf Erden.* Ego quidem, quid haec verba significant, me nescire, ingenue fateor.

Non desunt, qui huic versioni patrocinantur, et ea de causa nihil omitunt, quod ad eam explicandam et defendendam aliquid conferre potest. Praesertim in *Synopsi Bibliothecae Exegeticae in N. T. Starkiana* ita res explicatur, ut auctor a verbis Lutheri vernaculis invitum se recedere palam praeferat. Nempe summa eius explicationis eo redit, ut dicat, Deum aeterno quodam et irrevocabili decreto constituisse, ut propter incredibilitatem maxima gentis Iudaicae pars pereat, et eius terra devastetur. *Eadem* fere est tantum

non omnium, qui de his verbis quaedam in commentationibus super epistolam ad Romanos attulerunt, interpretatio. Omnes de vastatione aut consumptione Iudaicæ gentis terraeque loquuntur, et magis verba Lutheri vernacula, quam graeca sacri scriptoris explicant. Et quoniam, Lutherum nostrum in sua interpretatione humani quid passum esse, confiteri nolunt, inde fit, ut et verba Esiae Hebraica, ex quibus Pauli locus desumtus est, de vastatione aut desolatione intelligere non vereantur. Extant autem verba a Paulo citata *Ef. X, 22.* 23. et ita leguntur:

כִּי אָמַר יְהוָה עַמְקֵי יִשְׂרָאֵל כִּחְלֹה הָוֶה שָׁאֵר יֹשֵׁב בְּ כָּלֵיוν חַרְזֹן שְׁתַּךְ צְדָקָה: כִּי כָּלָה וְנַחֲצָת
ארני יהוה צפאות עשה בקרוב כל הארץ:

Ex mente illorum, qui Esiae locum de vastatione terrae et interitu gentis Judaicæ agere putant, verba ἡρών τοῦ οὐρανοῦ, consummatio decisæ effundens iustitiam, quæ per Graeca λόγου συντελῶν νοὶ συντέμνων ἐν δικαιωσύνῃ redundunt, consumptionem, s. perniciem iudicio severo s. decisio decretam denotant. Haec est illa explicatio, quam in Lexico Graeco-Latino in N. T. Schöttigenitano a Cel. KREBSIO auctio invenies. Quo auctore, sensus verborum Pauli est: „Pernicies populo Israëlitico certissime est decreta.“ Et iterum ad verba יהוה ונחצתה: „sensus, inquit, est, Deus consummationem et vastationem faciet in terra.“ Qui si verus illorum sensus est, tum vero verba Prophetica a Paulo citata ita, ut Lutherus interpretatus est, de interitu populi Israëlitici, aut saltem maxima illius partis intelligi debent. In eandem sententiam Cl. BENGELIVS in Gnomone N. T. p. 665. ad hunc locum scribit: „Dominus λόγος de Israële συντελεῖ, (ut sit נחצתה) ad poenam fixam, itemque λόγος συντέμνει, (ut נחצתה quidem sit) ad terminum poenæ.“ A qua neutiquam recedit Cl. RAMBACHIVS in Expos. verb. Esiae: „Consummatio enim, v. 23. inquit, magnæ multitudinis improborum est secca, id est, diuino iudicio irreuocabiliter definita, ut γῆ significat seccare, item secare litem, s. sententiam definitiā pronunciare. cf. 1 Reg XX, 40. Exundans in iustitia, id est, in quo iudicio consuptionis erit clarissima et exuberans significatio diuinæ iustitiae et severitatis. v. 23. sensus est, Deum in eo esse, ut exequatur iudicium inter Iudeos et Ephraimitas triste et severum, secundum sententiam a se præcise atque peremptorie definitam. Implementum inchoatum est tempore Hiskiae, quo Deus per regem Assyriae magnum impiorum numerum interire passus est. Implementum propius est in exilio Babylonico, et completum est tempore Messiae. Tunc enim numerus Iudeorum erat maximus juxta s. Mof. XXX, s. Ier. III, 16. Nihilo secius maximam partem immensae illius multitudinis Messiam reiecturam, et sic peritoram esse, paucissimos vero eum recepturos Propheta dicit, quemadmodum Paulus ad Rom. IX, 27, 28. docet, et ad hunc locum prouocat. Quemadmodum RAMBACHIVS



BACHIVS verba Esiae de interitu vel exitio populi Israëlitici satis verbosae et confidenter explicat, ita quoque verba Pauli interitum et exitium maximas partis Iudeorum eorumque terrae indicare ipsi videntur, quod in eius *Explicatione Epistolae ad Romanos* videre licet. Plures utriusque loci interpretes citare merito vereor, ne lectoribus fastidio sim. Ceterum iam citati omnes, quos quidem alias horum locorum commentatores diligenter consuluisse hand absuribile vero est, vocabula נֶבֶל et נְבָלָה de *consumptione* sive exitio intelligunt, et secundum hanc sententiam Esiae pariter et Pauli verba exponunt.

Equidem doctrinam de Iudeorum, fidem venienti Messiae abrogantium, aeterna damnatione pariter, et terrae eorum vastatione, tanquam iusta incredulitatis poena ex his locis deduci posse, in vniuersum non nego. Interim si propriam verborum vim paulo diligentius excutimus, Esiam pariter et Paulum perniciem Iudeorum, et vastationem regionis illorum directe in mente habuisse non existimo. Ex mea sententia verbis Paulini aequae ac Propheticis Esiae non nisi hoc continetur. In veteri Testamento Iudeorum gens, exclusis omnibus aliis gentibus, populi Dei nomine sola ornata fuit. Tempore vero Noni Testamenti nomen hoc non solis Iudeis manebit, siquidem tunc ingens hominum ex reliquis terrae gentibus multitudo, quae nimis Messiam vera et sincera fide agnoscit, populo Dei accensebitur. Iudeorum autem maxima pars, quae Messiam non agnoscet, hoc nomine praeclaro prorsus indignam se reddet, et deus, perfectissimam severissimamque computationem instituens, ita rem ordinabit, ut deducto majori numero admodum exigua Iudeorum pars a reliqua gente separetur, quae quidem reliquiae salutis participes sient. Hanc esse veram Esiae Paulique mentein, ex sequentibus, nisi fallor, clarissime patebit.

Vocabula נֶבֶל et נְבָלָה proprio suo sensu non *consumptionem*, sed *consummationem* indicare, meo quidem iudicio recte adseriat D. NEVBAVERVS in Notis ad RAMBACH in *Ez*. p. 163. Vnde vir doctus Esiae verba sic explicat: „*Consummatio q̄f sc̄la*, i-e hoc consilium plene et αποτόμως s. irrevocabiliter decretum est. Nam נְבָלָה denotat laepe consummationem non operis, sed decreti. „*Confirmatur haec vocabuli vis ex Gen. XVIII, 21. Exod. II, 1. I Sam. XX, 33.* pluribusque aliis Scripturae Sacrae locis, in primisque ex *Dan.* IX, 27. vbi נְבָלָה sic, vi in loco Esiae, coniuncta, non nisi decretum definitum determinatumque significare possunt. Eodem plane sensu locum Esiae in Vulgata, quam dicunt, versione redditum invenies. Ibi sic legimus: „Si enim fuerit populus tuus quasi arena in mari, reliquiae conuertentur ex eo. „*Consummatio abbreviata* inundabit iustitiam. *Consummationem* enim et *abbreviationem* Dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrae.

Quoniam autem propria vocum hebraicarum vis ne sic quidem ab omni ambiguitate, aut dubitatione exempta videtur, age, jam in subsidium vocem us versionem Alexandrinam, sive, vti vocant, LXX. Interpretum, ex qua D. Paulus

Esaiae locum suae ad Romanos epistolae inseruit. Autor hujus versionis, quisquis ille sit, sine dubio vocum hebraicarum vim suis temporibus multo melius, quam nos hodiernis, intellexisse, et sic multo certius interpretatus esse videtur. In multis quidem locis eum hallucinatum esse, in quibusdam vero pro lubitu multa mutasse, et alia per incuriam librariorum, aut pravo forsitan consilio ab aliena manu corrupta et interpolata esse hand inviti fatemur. *) Eis tamen in locis, quibus sacri scriptores Noui Testamenti vtuntur, veram et justam verborum hebraicorum significationem nobis tradi non sine ratione existimamus. Ipse adeo Spiritus Sanctus, cuius ductu Noui Foederis scriptores verbis ex versione Alexandrina desuntis vtuntur, in ejusmodi locis huius versionis interpretationem testimonio suo videtur confirmare. **) Ergo in explicandis hebraici Codicis vocabulis paulo obscurioribus auxilio versionis Alexandrinae vti tanto minus veremur, quoniam praeter scripta Veteris Testamenti nulli libri hebraici extant, e quibus justus vocabulorum hujus linguae sensus peti potest.

Iam vero si verba Pauli hac ex versione desumpta paulo curatius consideramus, et eorum vim ex vsu linguae communis dijudicamus, aptissima sane erit, et commodissima interpretatio ex ratione computandi s. Arithmetica, et quidem ex ea praesertim illius parte, quae Subtraction dicitur, accersita. Quae quidem opinio facile vnicuique probabitur, si singula verba attente perscrutatur. Nam vocabulo $\tau\delta\lambda\gamma\sigma$ apud Graecos rationem s. computationem, eine Rechnung, denotari, nemo temere inficias ibit, eui Graecae linguae natura vel tantillum cognita est. Hanc vocabuli vim vt confirmemus, ad scriptores, quos vocant, profanos confugere non est necesse, siquidem in pluribus ipsorum librorum facrorum locis $\lambda\circ\gamma\sigma$ rationem significat. Sic in Ev. Matib. XVIII, 23. Christus regnum coelorum cum rege comparat, qui voluit cum seruis suis $\lambda\circ\gamma\sigma$ οὐρανούς, rationem inire, zusammen rechnen. Porro Luc. XVI, 2. in alia quadam similitudine de dispensatore sermo est, qui αποδόντων τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας, rationem oeconomiae reddere cogebatur. Huc etiam pertinent verba Pauli ad. Philipp. IV, 15. Οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκριώνεται εἰς λόγον δόστες καὶ λήψεως; Nulla mecum ecclesia communicavit, in rationes dati et accepti; Quae verba vtrum recte per Hebraismum explicitur, alii viderint. Ego quidem ab eorum partibus stare non vereor, qui de tabulis, s. rationibus accepti et expensi, quales inter Romanos acque ac Graecos vsa receptae erant, explicant. Hanc $\tau\delta\lambda\gamma\sigma$ significationem cum ipse mecum reputo, et quam commode

cunia

*) Consule de hac versione judicia IO. SCHEFFERI in Gymnas. Styli p. 15. PET. DAN. HVETII in L. de Interpret. p. 42. aliorumque, quos citant AVG. PFEIFFERVS in Crit. S. C. II. et HVMPHREY PRIDEAV in Connex. V. et N. T. T. II. p. 78. et nuperrime FISCHERI Prolus. de Verbo Gr. Libb. V. T. Litter. Hebr. Magistris.
**) cf. AVG. PFEIFFERI. Crit. S. C II. Qv. 4.

cum loco Pauli hactenus tractato conveniat, considero, non possum non lateri,
michi minus probari aliam illius vocabuli significationem in *Lexico Schoetgenio-*
Krebsiano his verbis propositam: „Ceterum λόγος h. l. notat causam forensem,
„quam deus iuste pronunciat, et severe, rigideque exequitur.“ Quorsum tam
longe petita explicatio, si propior ad manum est? Nec ad singulari possum BE N-
GELIO, qui λόγον rem auditam, adeoque dictam, nullo plane, nisi fallor, sensu
esse dicit.

Quemadmodum autem τὸ συντέλειν inter vocabula ad Arithmeticam perti-
nentia ab omnibus resertur, sic nihil impedit, quo minus verba συντέλαιν, et
συντέμεναι aequae commode ita explicitur, ut de ratione perficienda, et in angu-
stum contrahenda accipiuntur. *Hesychio* τὸ συντέλειν est πληρεσθαί, h. e. vt in
vernacula loquimur lingua, richtig machen. Et vocabulum συντέμεναι sub-
tractionem, s. deductionem de majori summa denotare, ex loco *Thucydidis* L. 8.
apparet, vbi verba τὴν μιθοδοσαν ξυνέτεμεν extant, quae Scholiares ἀντὶ τῆς εἰς
ἐλίγον συνέσεις usurpata esse confirmat. Haec ergo quid aliud significant,
nisi, de pristino militum stipendio aliquid subtractum fuisse? Quod vero de-
ducta majori summa restat, id κατάλεμμα apud Arithmeticos dici posse, facile
mihi quilibet largietur. *Hesychius* per μέρος interpretatur.

Quae cum ita sint, loci nostri Paulini verba commodissime de computatione
intelligi, de consumtione vero, sive vastatione et pernicie vix accipi proprie
possunt. Haec opinio jam aliis haud inepta visa est, siquidem in MATT. H.
POLI *Synops. Crit.* T. V. verbis Paulini haec vis tribuitur, vt denotent, „deum
secisse, quod in rationibus putandis fieri solet, vbi post expuncta ea, quibus
expensa acceptis aequalitatem exigua aliqua summa restat, quae debeatur.“ Nec
est, quod putemus, hanc Graecorum Pauli, et Hebraicorum Esiae verborum
vim cum contextu, quem vocant, non convenire, quae quidem est opinio
RAMBACHII, in *Expof Ep. Pauli ad Rom.* Nam primo hanc significatio-
nem reliquis verbis, quibus verba prophetae adlata circumdata sunt, neutquam
repugnare, vnuquisque mihi dabit, qui totum Esiae caput, cuius partem verba
explicata constituant, seposito omni praejudicio attente legerit. In effato autem
Paulino Epistolae ad Romanos, si rem ex nostra sententia explices, omnia
aptissime cohaerere IO. LOCKIVS in Paraphrasi hujus Epistolae egregie
monstravit.

Paulus nimurum in vniuerso hoc capite nono Epistolae ad Romanos in eo
est, vt demonstret, omnes terrae gentes per aeternum gratiae divinae decretum
ad beneficia per Christum s. Messiam in genus humanum collata una cum
Iudeis percipienda destinatas esse; Iudeos non sibi solis jus aut nomen
populi dei vindicare posse, utpote quod et reliquis gentibus jam inde ab Abra-
ham tempore promissum fuerit; In veteri quidem Testamento solos Iudeos
hoc titulo glorioso populi dei ornatos fuisse; At in novo Testamento vnuim-
que

X 3376845

AK
716
quemque terrae populum ejusdem nominis partipem posse fieri, dummodo Messiam tanquam unicum generis humani redemptorem amplectatur; Quod cum Iudeorum maxima pars non fecerit, ex infinito illorum, arenam maris multitudine sua superante, numero plurimos justissimo dei decreto, nomine populi dei indignos habitos, et ab immenso illo numero parvas modo reliquias per accuratam subtractionem, s. dedactionem separatas esse, quae propter Messiam, quem in terra manifestatio promte et libenter amplexae fuissent, cum aliis hominibus, redemtionem Christi pro sua agnoscētibus, salvae futurae essent. Quod ut Apostolus confirmet, ad vaticinium Esaiæ provocat; et verba ejus Graeca latine ita reddi posse existim: *Etiā s' fuerit numerus filiorum Israēl sicut arena maris, tamen solae reliquiae seruabuntur.* Deus enim pro sua iustitia rationem perficiens et in angustum redigens subtractionem in terra instituet.

Ceterum de elegantia Graecæ locutionis in verbis ex Alexandrina versione sumtis querere nemini facile in mentem veniet, siquidem in vniuersum auctor ejus, sensum scriptorum sacrorum ad verbum reddidisse contentus, de elegantia dictionis parum sollicitus videtur fuisse.

Transimus nunc ad id, quod huius Exercitationis scribendae occasionem nobis praebuit. Nimicrum grata mente memoriam IO. CHRISTOPH. RICHTERI renouamus, qui singulari liberalite permotus scholæ huius civibus in Academiam abituris stipendio quodam subvenire voluit. Cuius beneficii hoc anno particeps factus est

IO. FRIDERICVS ESCHKIVS,

Freybergenfis,

patre natus mercatore hujus urbis clarissimo. Ipse juvenis, egregia indole præditus, per annos septem et quod excurrit, scholam patriam frequentavit, et partim litterarum studio, partim elegantia morum ita se commendavat, vt eum ad altiores Musas transire parantem cum laude dimittatamus. Hic præmissa oratione Latina demonstrabit, *vituperationem alterius esse rem ubique obviam, prædicationem vero utiliorem, Richterique laudes grata mente celebrabit, deinceps vero Carmine Teutonico Scholæ valedicet.* Discedentem juvenis aequo probus, modestus et litterarum studiosus,

Carolus Fridericus Waltherus,

Saydensfis,

carmine Teutonico nomine suo et commilitonum suorum bonis votis et omnibus prosequetur. Hos juvenes perorantes ut *Inspectores scholæ Splendidissimi, et reliqui Musarum Patroni* frequentia sua ornare, et placidas aures illis præbere velint, vehementer etiam atque etiam rogamus, D. Freybergae a. d. VII. Kal. April. MDCCCLXXIII.



Farbkarte #13



B.I.G.

DE
LIQVIIS PER COMPUTATIONEM
CONSTITVENDVM CVM RELIQVIS
BVS POPVLVM DEI IN NOVO TE-
CETERA GENTE SEPARATIS, AD
DVM LOCVM AD Rom. IX, 27.28.

ER CITATIO,

QVA AD
RATIONEM
IANAE MEMORIAE
DICATAM
EVOLE AVDIENDAM
EROFFICIOSE INVITAT
TIAN. FRID. IVNGERVS,
RECTOR.

FREYBERG AE,
PIS BARTHELIANIS.

